



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

3. Quàm graui pondere se grauant homines vtentes his reditibus ac testamento, neglecto ministerio & officio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

thesaurus Ecclesiæ, census & redditus ex ultimâ luntate testatorum. Raptoribus autem hæc non sunt concessa.

3. Tertiò, quia beneficium datur propter officia scilicet verbi, graui pondere laborant, qui nō sati- ciunt officio, & negligunt ministerium verbī. Oportet igitur ut aut non vtantur beneficijs, aut non negligant officia. Olim Donatistæ Ecclesijs publici magistratus auferebant facultates, & transferebāt ad pias Ecclesias: qua de re et si conquerebantur Donatistæ sputabant, propter dissensionem dogmatū nemini ripiendas esse facultates, Augustinus tamen facit pecuniam Ecclesiæ esse, ideoq; rectè per magistrum eripi his, qui non pertinerent ad Ecclesiam, & ut ferri debere ad veros usus Ecclesiæ: nam hoc vera est, vt qui laborant manducet: sed & hoc verum est primùm probetur, an falsus sit ille cultus quem habent Ecclesiæ, quæ sic priuantur suis facultatibus sit ibi iustitia, non inuidia, nō hæresis. Ecclesia christiana tribuens Christo iustitiam, & seruans alias omnes, non habet falsum cultū: igitur qui negligunt officia suum officium, videat: etiam qui facultates piūt, videant, ne oculus sit nequā: grauiter peccantes, peccata pauperū comedunt & bibunt, vt propria dicit. Insuper replet Deus benedictione omnes conferunt ad conseruationem ministerij & studiorum, vt patet Haggæi 1. Aedificate mihi domū, Item quæritur, Domus mea deserta est, & festinat ut quisq; vt domum suam extruat, ideo prohibuit Malac. 3. Inferte omnem decimam in horreum, &c Et Prou 3. Honora Deū de substantia tua &c sunt omnes permissiones aut maledictiones eorum vel conseruant, vel impediunt facultates Ecclesiæ. Et maledictio ac poena æterna manet eos, qui ipsi & alienant bona Ecclesiæ: sic punitur Achaz rex, qui templum Domini spoliauit vas, eaq; co-

git, 2. Paral. 28. Nabuchodonosor insanus efficitur,  
Dani, 6. & regno spoliatur filius eius Balthasar. An-  
tiochus in magnis pœnis moritur, 1. Machab. 1. & 6.  
2. Ma. 9. Philistini rapientes Arcam, pessimè puniun-  
tur, 1. Reg. 5. & 6. Videant igitur raptore bonorum  
Ecclesiæ, videant quoque vtentes bonis Ecclesiæ, ne-  
glecto diuino officio, quibus Christus minatur Mat.  
23. Væ vobis scribæ & Pharisæi, qui comeditis domos  
viduarum, longas facientes orationes &c.

## CAPUT XX.

## ARGUMENTA.

1. *Quod voluntas Dei est, ut de iusto lucro vina-  
mus: ad hoc vult ipse cooperari.*
2. *In quibus rebus sit lucrū turpe & inhonestū.*
3. *De punitione que sequitur hic & in futuro  
injustum lucrum.*

**D**ominus maximè vult Deus, ut iusto labo-  
renos conseruemus in hac vita, & pro-  
prio etiam vult suam adiungere bene-  
ditionem, ut maximè caueamus ab o-  
mni inhonesto & turpi lucro. sic dicit  
Psal. 127. Labores manū tuarum quia manducabis,  
beatus es, & benè tibi erit: non autē eris beatus, nec  
benè tibi erit de turpi lucro viuere. Et Gen. 3. In fudo  
revultus tui vesceris pane tuo: non dicit, de turpi lu-  
cro vesceris. Sic Sapien. 10. honestauit illum in labo-  
ribus, id est, qui iusta arte laborat, & cōpleteuit labores  
illius, id est, sua benedictione: adiecit preciū & fortu-  
nā, vt cum suis viuat. Et Apostolus hoc maximè desi-  
derat in eligendo Episcopo, ne sit turpi lucro dedi-  
tus & cupidus. 1. Tim. 3. ad Tit. 1. & 1. Pet. 5. nec turpis  
lucri gratia &c. Diligit ergo Deus maximè eū, q̄ de iu-  
sto labore & lucro viuit, & maximè illū odit, qui de  
turpi lucro viuit. Illū etsi p̄mittat hic viuere & p̄spe-  
rari ad